



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi

Johannes <Climacus>

Coloniae, 1583

VD16 J 520

De fratre monasterij Cuziba, & sanctæ oblationis verbis, necnon abbate
Ioanne. Capvt. XXV.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

reperiisset, expletis super eum 2 psalmis consuetis,
& orationibus, sepeliebat eum.

- 1 Vide quanta charitate in proximū ferebatur sanctus pater, nam antiqui monachi in legis, & preceptorū Dei observatione, huius vitæ beatitudinem constituebant.
- 2 Ecce Christianum morem sepeliendi mortuos, cū plerūq; videlicet, & orationibus super eos dictis.

De fratre monasterij Cuziba, & sanctæ oblationis
verbis, necnon de abbate Ioanne.

C A P V T. XXV.

FRATER quidam erat in cœnobio Cuziba, ut nobis Abbas Gregorius scholasticus retulit, qui sanctæ oblationis verba, ritumq; didicerat. **D**ic ergo quadam missus ut benedictiones ferret, cū iam rediret ad monasteriū, verba sanctæ oblationis, quasi versus aliquos caneret, dixit. **E**rat vero benedictiones imposuerunt Diaconi sanctæ oblationis altari. Quas cū Abbas Ioannes presbyter offerret qui postea Cæsareę Palestine Episcopus factus vidit, ut solitus erat S. Spiritus aduentum. **C**onstitit statusq; valde & cogitans nequid forte peccasset in mente, atq; ideo se Spiritus sanctus auertisset ingressus est sacrarium plorans, corruitq; in faciem suam. Apparuit autem ei Angelus Domini dicens. **Q**uoniam frater ille, qui oblationes attulit, verba sanctæ oblationis in via dixit sanctificatæ 2 iam ac perfectæ sunt. Ex tunc igitur statuit senior, ut nullus deinceps addiceret sanctæ oblationis verba, nisi qui ordinatus ad hoc esset, neque passim et quispiam diceret.

- 1 Sancti Patres soliti erāt in sacrorum oblatione mysterium Spiritus sancti aduentum aliquo signo cognoscere.
- 2 Aduerte quod nō nisi ex peculiari diuino privilegio hoc accidit, cū ille non esset sacerdos.